

390 haec ubi immutata est, illi suom animum alio conferunt : 10  
 nisi si prospectum interea aliquid est, desertae vivimus.  
 vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretumst viro,  
 quoi(u)s mos maxumest consimili' vostrum, [h]i se ad vos  
 adplicant.

hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini,  
 395 ut numquam ulla amori vostro incidere possit calamitas. 15  
*AN.* nescio alias : mequidem semper sciõ fecisse sedulo  
 ut ěx illiu' commodo meũ compararem commodum.  
*CL.* ah

ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam  
 facis ;  
 nam dum abs te absum omnes mihi labores fũere quos cepi  
 leves  
 400 praeter quam tuĩ carendum quod erat. *SY.* credo. *CL.* 20  
 Syre, vix suffero :

hocin me miserum non licere meõ modo ingenium frui !  
*SY.* immo ut patrem tũom vidi esse habitum, diu etiam  
 duras dabit.

*BA.* quisnam hic adulescens est qui intuitur nos? *AN.*  
 ah retine me, obsecro !

*BA.* amabo quid tibist? *AN.* disperii, perii misera ! *BA.*  
 quid stupes,

405 Antiphila? *AN.* videon Cliniam an non? *BA.* quem 25  
 vides?

*CL.* salve, anime mi. *AN.* o mi Clinia, salve. *CL.* ut vales?